Nos Franciscus Secundus Dei Gratia Electus Romanorum Imperator

Semper Augustus, ac Germaniæ Apostolicus Hungariæ Bohemiæque Rex, Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Ma„
gnus Princeps Transilvaniæ, Comes Tyrolis & Siculorum. Memoriæ Commendamus. Quod Nobilis Antonius Filius Egregii Gaspari
Bolyai De eadem, ex Nobili Fæmina Christina V. Pávai dum in vivis esset Consorte Sua Susceptus et progenitus in Ætate
non Dum perfecta Annos videlicet Viginti tres Natus et Vigesimum Quartum agens, prout visu metiri animoque Complecti po„
tuit, Coram Mattæ Nostra personaliter, Constitutus per formam Solemnis Protestationis, Revocationis, Retractationis, Contradictionis
Cassationis, Annihilationis Significavit et retulit Matti Nostræ hunc in Modum. Qualiter ipse proxime elapsis Diebus, An„
no Currenti Millesimo Octingentesimo primo, Die vero Vigesima Quinta Mensis Aprilis ex quadam inanimadversentia et ignorantia
Chatarinæ Nyujtodi nunc Martini Nagyianæ antea vero dum vixisset Sigismundo Bolyaianæ Super redemtione Allodiaturarum qua„
rundam pignoratitiarum a Vidua Gabriele Veriana in possessione Bolya Cottui Albensi Superiori adjacenti pro Debito 300: id est
trecentorum Flor. Hung. quam pecuniæ Summam pridem Venatus Gabriel Vér a Sigismundo Bolyai levaverat, per Retractantis Genito„
rem Occupatarum, inque ejusdem dicti Genitoris pacifico possessorio ab aliquot Annis huc dum existentium ad Sollicitationem dictæ
Fæminæ per Dolum et fraudem Captus illecebris facundiæ Muliebris Simplices quasdam Obligatorias Anno Dieque Superius Ci„
tatis inconsulte et in imperfecta Sua Ætate dedisset. Quia vero paucis post Diebus ipse Protestans Comperta Egregii quondam
Sigismundi Bolyai Cum Fratre Suo Carnali et uterino Protestantis scilicet Genitore Compositione, et quod in expiationem Vio„
latæ Fidei ac remunerationem Meritorum dicti Genitoris in Fratrem Suum prædictum Sigismundum præfatus Sigismundus has
Allodiaturas et alias Acquisitiones Suas Bolyaienses Fratri Suo Protestantis Genitori concesserit, quod etiam Dominio pacifico
non turbato et Litterarum Super his Acquisitionibus transpositione probavit. Porro, Comperta ultima quoque decedentis Sigi„
mundi Super his Allodiis voluntate quod Scilicet prælatas Suas Acquisitiones Fratri Suo Carnali Protestantis Genitori ejusque
Liberis reliquerit, Se his Obligatoriis Suis Sæpius prædeclaratus Protestans in totum Defraudatum ac Deceptum Cognovit, tanquam
Dolosis inque Sui Damnum et præjudicium Manifestum datis. Vellet itaque easdem Sub quibuscunque Verborum Formulis emanatas
revocare, retractare, Annihilare, Viribusque Destitutas pronunciare, prout Coram Matte Nostra Vivæ Vocis Suæ eloquio retracta„
vit, revocavit, Annihilavit, Viribusque Destitutas pronunciavit. Harum Nostrarum Judicialis et Authentici Sigilli Nostri Trans„
missi munimine roboratarum vigore et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Libera Regiaque Civitate
Nostra Marus Vásárhelly Die Decima Quinta Mensis Juny Anno Domini Millesimo Octin„
gentesimo primo.

Lect. Publ. per Mgrum
Alexan. [illegible]
[illegible]

B.F. 143/1



BF 143/1v



BF.143/2

De dato 15ta Junii A. 1801.

Retractatio Specialis

Nobilis Antonii Bolyai de eadem.

Cum esset Cancellista Regio Tabularij Sub Auspicijs Magistri Protonotarii Magnifici Alexii Szentpáli de Amrod Szpál[to] Vásárhellyini.

Nro 2do.

BF 143/2V